



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris
Theologi Architectura Christiana**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae Agrippinae, 1653

Art. I. Altitudo Parietis-Spei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46065)



SERMO III.

MENSURÆ

Parietis Spei.

Disservimus hactenus de *Parietis Spei materia*, & extru-
nis modo, nunc de mensuris ejusdem, aliisq³ conditionibus
spectantibus pertractandum est.

ARTICULVS I.

ALTITVDO

Parietis Spei.

AVDANTVR imprimis Parietes, seu M^{ur}
ab *Altitudine*. A qua celebratissimi s^{unt}
apud veteres Muri Babylonii, quorum
titudo erat pedum ducentum. Super
hanc Altitudinem murus in substructione
templi Jerosolymitani à Salomone erectus; fuit eni
altitudinis pedum mille & quadraginta octo. (a) S
quid hæc ad altitudinem *Parietis-Spei*, quæ usque
Altissimum pertingit, usque ad DEUM elevatur? Sp
enim in DEUM tendit, & per illam beatitudo attrahitur
Hinc ad Hebræos VI. dicitur *Spes incedere*, id est, eleva
& pe-

(a) *Vitaspand. Tom. 2. lib. 5. disp. 4. cap. 63.*

& penetrare usque ad interiora velaminis, nimirum, in cœlum beatorum, ubi DEI vultus, nobis tanquam velo obductus, clarè cernitur. Ut explicat ipse Apostolus cap. ix. ejusdem epistolæ. Alibi autem penè semper, Spem cum gloria conjungit. Ad Titum secundo, *Expectantes beatam Spem, & adventum gloriae magni DEI.* Et cap. tertio, *In Spem vitæ aeternæ.* Ad Romanos v. *Gloriamur in Spe gloriae;* cap. viii. *Spe salvi facti sumus.* Ad Ephesios i. *Ut sciatis, quæ sit Spes vocationis vestræ, & divitiæ gloriae hereditatis.* (a) Unde probant Theologi, Spem esse Virtutem Theologicam, quia immediatè DEUM ipsum attingit. Profectò, altissimus est murus, qui ipsos cœlorum orbis penetrat, & solium Gloriae DEI attingit.

OB hanc etiam causam, dicimur, in Domino habere fiduciam: confidendum in Domino: Dominum esse Spem nostrâ: quæ omnia indicant, Parietem-Spei rectâ ad DEUM Altissimum esse dirigendum. Dominus, inquit, Rex David, *firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. DEUS meus, & Adjutor meus, & sperabo in eum. In Te confidit anima mea.* Idem fuit sensus ejus filii Salomonis, qui ita monebat: *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo.* Et Ecclesiastici adhortantis: *Conside in Deo, & mane in loco tuo.* Jeremiæ quoque bene precantis, *Benedictus vir qui confidit in Domino.* Pia est illa S. Bernardi contestatio: *Prætendat alter meritum, sustinere se jactet pondus diei & astus Mihi adherere DEO bonum est: ponere in Domino Deo meo Spem meam.*

(* *)

(a) *Spes virtus Theologica. S. Thom. 2, 2, q. 17. art. 5. ubi Bannez Valentia, Malderus.* (b) *Psal. 17. 3* (c) *Psal. 56. 52* (d) *Prov. 3. 5.* (e) *Ecc. 11. 22.* (f) *Ier. 17. 7.*